

Actus Commemorationis¹

Omnes erigentes, dicit Minister:

In hoc loco congregamus ut Omnipotentem Deum adoremus, cuius affectationes bonae sunt; cuius potestas mundum sustinet quem crearet; quem nos amat, quamquam in ministerio suo defecimus; quem Jesum Christum dedit pro mundi vita; quem per Spiritum Sanctum nos ducit in viam eius. Gratias agentibus pro operibus magnis eius, pro omnibusque qui vixerunt et mortui erant in ministerio eius et aliorum hominum, oremus pro omnibus qui per bellum et egestatem patiuntur; adiutorium et benedictionem eius petimus ut voluntatem eius faciamus, ut tota orbis terrarum illum dominum ac regem agnoscat.

Sedent omnes. Dicatur Ps. 91.

¹ Laus cantici David. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur.

² Dicet Domino: Susceptor meus es tu, et refugium meum; Deus meus, sperabo in eum.

³ Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et a verbo aspero.

⁴ Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis.

⁵ Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis a timore nocturno;

⁶ a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, et daemonio meridiano.

⁷ Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis; ad te autem non appropinquabit.

⁸ Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis.

⁹ Quoniam tu es, Domine, spes mea; Altissimum posuisti refugium tuum.

¹⁰ Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

¹¹ Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

¹² In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

¹³ Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.

¹⁴ Quoniam in me speravit, liberabo eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

¹ *Textus fundatur super ritu commemorationis cadentium in proelio anno MDCCCCLXVIII ab ecclesia Anglicana lingua vulgata promulgata.*

¹⁵ Clamabit ad me, et ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, et glorificabo eum.

¹⁶ Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Omnes erigentes, dicit Minister:

Commemoremus coram Deo, et sub praesidio suo commendamus, quos in bello pro patria mortui sunt; quos cognoverunt, et cuius memorias colimus; et omnes quos in ministerio hominum vixerunt et mortui sunt.

Dicatur ab alio:

Non senescent, ut nos senescunt qui supersunt; nec aetas eos fatigabunt, nec annos condemnabunt. In solis occasu et in matutine memoriam eorum tenebimus.

Omnes: Memoriam eorum tenebimus.

Fletur in tuba cantus ultimae speculae. Silentium. Fletur in tuba cantus excitationis. Serta offeruntur, et alia caerimonia celebrantur.

Omnipotens aeterne Deus, a cuius amore in Christo separari non possumus, vel a morte vel vita; exaudi orationes et gratiarum actiones nostras pro omnibus qui in hoc die commemoramus; sententiam amoris tuae in eis praesta; et adduc nos omnes, cum eis, ad perpetuam felicitatem; per Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Sequuntur lectiones

Concio

Preces intercessionis

Cum minister Domine in misericordia tua *dicit, omnes* **Exaudi orationem nostram** *respondent.*

Actus commendationis

Omnes erigentes, Minister dicit:

Ministerio Dei et vicinium hominum ac mulierum nosipsos despondeamus; ut alios adiuvemus, hortemur, et consolemur; et ut eos pro subsidio egentium et pro pace et sospitate nationum laborantes sustineamus.

Omnes dicunt:

Domine Deus noster, nosipsos tibi et omnibus hominibus servare despondemus in causa pacis, pro subsidio egentium et dolentium, et pro laude nominis tuae. Dirige nos per Spiritum tuum; sapientiam da nobis; fortitudinem da nobis; spem da nobis; et nos conserva fideles nunc et semper. Amen.

Oremus in verbis in quo Salvatoris nostri nos instruxit:

Pater noster, qui es in coelis, Sanctificetur Nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, Sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem; Sed libera nos a malo. Qui tuum est regnum et potestas, et gloria in saecula. Amen.

Motetum nationalis

**Custodi, Domine
Reginam beate,
Eam serva!
Victricem emitte,
Gloriosa per te,
Regere diutine,
Eam serva!**

Gratia dicatur, vel benedictio si adsit sacerdos.